vadium seu vadia praenominata non evadent, immo se cum successoribus omnibus iuris remediis evasionibus praescriptionibus suspensionibus, malae citationis et intempestivae eiusdem positione, malae in lucro condemnationis, malae processus iuris, abrenuntiantes et non obiicientes, ac eandem condemnationem lucri, processumque iudiciarium ignorantia et iuramento corporali non evadent. Et nihil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque defectum recipient, suae suorumque successorum sub ammissione totius causae. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

## Boratinski cum Lomßicski

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus praemisliensibus Generosus Joannes Boratinski de Boratin ab una et Nobilis Christophorus Lomßicki ab altera partibus sani mente et corpore existentes, a terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis recedentes, praesenti vero Castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quoad infrascripta tantum attinet incorporantes et subiicientes publice per expressumque recognoverunt, et quilibet ex eis seorsum recognovit. Quia se sibi invicem et mutuo cum successoribus super omnibus bonis suis nunc et in post habitis inscribunt et obligant, interessas certas, sigillis ac munibus suis propriis communitas et subscriptas, inter se oratione arendae bonorum Strzelczyska et Jakoszczelic, per ipsum Boratinski nomine suo ac Generosae Barbarae de Pelkinie consortis suae eidem Lomßicki ad decursum trium annorum et hoc a proxime ventura dominica conductus paschae arendatus et factus tenere complere et exequi, eisdemque interessis in omnibus earum conditionibus punctis clausulis et articulis in toto et in quavis minima parte satisfacere, sub vadio octingentorum florenorum pecuniae, per partem non tenentem et praemissa non complentem, parti tenenti et praemissa complenti ad solvendum tantum quantum opus fuerit succumbendo. Nihilominus praefati recognoscentes se sibi invicem et mutuo cum successoribus super omnibus bonis suis obligant et inscribunt, praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia, ad primos vel secundos terminos terrestres praemisliensis, in hac vel meliori forma verborum transferre transportare. Et circa transportationem inscriptionis praesentis praefatus Joannes Boratinski Barbarae de Pelkinie, praedictus vero Lomßicki agnetem consortis suae, cum amicis duobus ipsarum de linea paterna proximioribus ad consentiendum super inscriptionem praesentem ad eadem acta terrestria praemisliensia adducere et statuere sub simili vadio octingentorum florenorum pecuniae, per partem non tenentem et successores parti tenenti tantum quantum opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio seu vadiis si se praemissa non tenens et non complens cum successoribus, parti tenenti et praemissa complenti ad officium praefatum Castrensem praemisliensem citare permiserit, extunc a terris dictis iuribusque suis



quibusvis propriis recedens, coram eodem officio, cui se utrique cum successoribus bonisque suis omnibus subiiciunt in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefato vadio seu vadiis pars parti cum successoribus omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, ad quietationem dilationem non petendo, motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus, vellis coloquiis conventionibus generalibus et particularibus, praenatrium maiorum et triplici parte ac aliis omnibus generaliter dilationibus iuriisque remediis semotis et in pactum reiectis satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

## Kormanicski ttr Jaskmanicski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus praemisliensibus Generosus Joannes Kormanicki in Riboticze Sacrae mente et corpore sanus existens, a terris districtibus iuribusque suis propriis quibusvis recedens, praesenti vero Castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quoad actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporantes et subiicientes publice per expressumque recognovit. Quia Generoso Andreae Jaskmanicki eiusque legitimis successoribus summam ducentorum et octuaginta florenorum pecuniae tenetur, praesentique se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, pro festo sacri pentecosten proxime et immediate venturo solvere realiterque circa acta praesentia Castrensia praemisliensia reponere et relinquere. In defectu vero solutionis et reponentis summae praefatae pro tempore suprascripto extunc tenebitur praefatus Kormanicki vel eius posteri tenebuntur quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, eidem Andreae Jaskmanicki et eius successoribus dare et libere admittere realem intentionem in quatuor Cmetones suos haereditarios sic dictos Jwan Piotraszin, Holobczuk Orinka, Zieszko Holobczowiczuk, Hricz Lichow et duos hortulanos qui manent penes eodem Cmetones in villa Brzoska residentes per ministerialem terrestrem quemcumque subvadio citis summae ducentorum et octuaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis, per ipsum Jaskmanicki et eius successores, bona praefata ac intentione accepta ad festum nativitatis domini tunc proxime venturum et in defectu protunc exemptionis extunc ad aliud simile festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis sequentibus usque ad exemptionem et summae praefatae persolutionem cum omni iuridico proprietate, ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis nihil excipiendo tenendo, habendo possidendo. Tenebiturque praefatus Joannes Kormanicki cum suis successoribus, quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Jaskmanicki et eius successores in bonis praefatis et omnibus eorundem ab omni quavis impetitione iuridica, omnibusque quibusvis violentiis et impedimentis quarumlibet personarum sexus utriusque